



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Cantori Sanctorvm quadraginta, & magistro G sancti Pauli, & Arn. sanctæ
Mariæ de Cintura Canonicis Constantinopolitanis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

succurrere potuerunt. Unde non im-
 merito per eos qui ad utrumque pariter in-
 tendebant locum perdidit & gentem;
 ut perditis male malis, ipsa terra talibus
 locaretur agricolis qui fructum reddant
 tempore opportuno. Ceterum quia, quem-
 admodum legitur in Daniele Propheta,
 est Deus in caelo qui revelat mysteria,
 mutat tempora, & transfert regna, qui
 dominatur in regno hominum, & cui vo-
 luerit dabit illud, Constantinopolitanum
 imperium transtulit ad eisdem, nobilita-
 ti tuae consulimus ut in conspectu carissi-
 mi in Christo filij nostri Henrici Con-
 stantinopolitani Imperatoris illustri humi-
 lies temetipsum, eique servias honorem
 debitum impendendo, Ieremiae sequentes
 exemplum, quem Israelitico populo
 legitimus consilium tribuisse ut Nabucho-
 donosor Regi servirent & viverent sub
 eodem. Si enim Propheta consuluit ut
 fidelis populus infideli Regi serviret,
 quanto magis consulendum est tibi ut ser-
 vias Imperatori praefato, cui altissimus
 dedit imperium, cum catholicus Prin-
 cept & fidelis existat, ut sub ejus vivens
 imperio pacem obtineas exoptatam. Su-
 per eo vero quod illos caritatem asseris
 non habere, pro eo quod tecum treugas
 ad terminum inierunt, nolentes easdem
 in perpetuum stabilire, cum dilectio ter-
 mino non claudatur, tibi breviter respon-
 demus quod caritas & potest & debet
 etiam sine treugis haberi, cum non so-
 lum ad amicos sed etiam ad inimicos sit
 ipsa caritas extendenda, dicente Domi-
 no: *Diligite inimicos vestros, benefacite iis
 qui oderunt vos, & orate pro persecuentibus
 & calumniantibus vobis;* quae profecto per-
 treugas non tollitur, sed fovetur, & ad
 perfectionem ipsius via facilior prepara-
 tur. Tu vero dispositioni divinae consen-
 tiens, qua idem est Imperator ad impe-
 rium sublimatus, ei debitum impendas ob-
 sequium & honorem; & nobis, qui licet
 indigni, locum beati Petri tenemus, de-
 votionem & reverentiam cum omnibus
 qui sunt tecum satagas exhibere; quia nos
 per Legatum quem ad partes illas inten-
 dimus destinare, Imperatorem eundem
 faciemus sollicitè commoveri ut tecum in
 spiritu ambulet lenitatis. Cum autem ip-
 sum Legatum ad partes illas noveris per-
 venisse, tuos ad eum nuntios destinabis,
 ut idem inter te ac Imperatorem prae-
 dictum ea quae pacis sunt & salutis ordinare
 procuret. Datum Laterani xvi. Kal. April.
 anno undecimo.

ALVFO CANONICO
sanctae Anastasis.

Soler annuere, &c. usque assensum, praebendam quam in Ecclesia sanctae Anastasis te proponis legitime assecutum, sicut eam juste possides & quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus & praesentis scripti &c. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Laterani v. Idus April. anno undecimo.

*Epist. 48.
 Et confirmatur
 praebenda.*

DECANO SANCTAE MARIAE
*de Blacherna, & Cantori sanctorum qua-
 draginta, & magistro G. Canonico sancti
 Pauli Constantinopolitani.*

Gravam nobis dilectus filius Alufus Canonicus sanctae Anastasis Constantinopolitanae obtulit questionem, quod D. concanonicus suus & quidam alij Constantinopolitani manus iniecerunt in eum, Dei timore postposito, temere violentas. Quia igitur hujusmodi violentarum manuum injectores non est dubium incidisse in canonem sententiae promulgatae, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus si est ita, praesumptores eisdem tamdiu &c. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani xi. Idus Aprilis, anno undecimo.

*Epist. 49.
 Scribitur pro
 eodem Alufu.*

CANTORI SANCTORUM
*quadragesima, & magistro G. sancti Pauli,
 & An. sanctae Mariae de Cintura Cano-
 nicis Constantinopolitanis.*

Veniens ad apostolicam sedem dilectus filius Alufus sanctae Anastasis Canonicus sua nobis insinuatione monstravit quod cum Decanus sanctae Mariae de Blacherna & Canonici sanctae Anastasis Constantinopolitanae, pro quibus ad sedem apostolicam laboravit, ei praebendae suae fructus & alia de jure ad ipsum spectantia in sui absentia promiserint exhibere, ipsa detinent & reddere contradicunt. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus dictos Decanum & Canonicos ut fructus illos & alia eidem exhibeant, ut tenentur, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Quod si non omnes, duo vestrum &c. Datum Laterani Idibus Aprilis, anno undecimo.

*Epist. 50.
 Pro eodem.*

PREPOSITO ET CAPITULO
de Blaquerna.

Constitutus in praesentia nostra dilectus filius Arnulfus Ecclesiae vestrae

*Epist. 51.
 Pro Arnulfo
 Canonico de
 Blaquerna.*

perditionem,
 ut perasiam